

/ Serenissimae Dominae meae. Acceptis litteris Serenissimarum Cel-
situdinum vestrarum, adii Summum Pontificem atque ab eo petivi, ut
ad scrupulum removendum liceat istic inserere Litaniis nomina SS.
Virginum, et Martyrum Vincentiae et Leae; earum commemorationem pu-
5 blicam facere; et sub earum nominibus Missas celebrare de communi
Virginum et Martyrum. Sanctitas sua commisit mihi, ut responderem
nomine suo id, quod mihi justum, et aequum videretur. Ego non dubito,
quin liceat in Litaniis cum aliis Sanctis invocare Sanctam Leam lo-
co suo, id est, post sanctas Virgines et Martyres alias. Item existi-
10 mo posse fieri commemorationem de ipsis in Officio Matutino, et Ves-
pertino; censeo quoque posse celebrari Missam de communi Virginum
et Martyrum sub earum nominibus; tamen suadeo, ut ad tempus aliquod
Missa omittatur, tum quia non scitur dies passionis ipsarum, tum
quia Sanctissimus Pontifex in hanc sententiam inclinatur, ut Missa hoc
15 tempore non celebretur, quamvis non prohibeat celebrari. Fortasse
enim dabit Dominus, ut aliquando sciamus aliquid de tempore, quo vi-
xerunt, et sub quo tyranno passae sunt, et alia id genus; et inte-
rim miraculis majoribus coruscabunt. Opto Serenissimas Dominas bene
meas bene valere, et in amorem caelestis sponsi quotidie magis inar-
20 descere, et in sanctis orationibus personae meae non oblivisci. Ro-
mae die 28 Jun. 1613.

Epis t. famil. CI.